

Examen VWO

Latijn

Vorbereidend
Wetenschappelijk
Onderwijs

19 | 91

Tijdvak 2
Vrijdag 14 juni
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

Tekst 1

1 — 1 Utrum satius sit modicos habere adfectus an nullos, saepe quaesitum est. Nostri
— 2 illos expellunt, Peripatetici temperant. Ego non video quomodo salubris esse aut utilis
— 3 possit ulla mediocritas morbi. Noli timere: nihil eorum quae tibi non vis negari eripio.
— 4 Facilem me indulgentemque praebebo rebus ad quas tendis et quas aut necessarias vitae
— 5 aut utiles aut iucundas putas: detraham vitium. Nam cum tibi cupere interdixero, velle
— 6 permittam, ut eadem illa intrepidus facias, ut certiore consilio, ut voluptates ipsas magis
— 7 sentias: quidni ad te magis perventurae sint si illis imperabis quam si servies?

2 — 8 „Sed naturale est” inquis „ut desiderio amici torquear: da ius lacrimis tam iuste
— 9 cadentibus. Naturale est opinionibus hominum tangi et adversis contristari: quare mihi
— 10 non permittas hunc tam honestum malae opinionis metum?”

3 — 11 Nullum est vitium sine patrocínio; nulli non initium verecundum est et exorabile,
— 12 sed ab hoc latius funditur. Non obtinebis ut desinat si incipere permiseris. Inbecillus est
— 13 primo omnis adfectus; deinde ipse se concitat et vires dum procedit parat: excluditur
— 14 facilius quam expellitur. Quis negat omnes adfectus a quodam quasi naturali fluere
— 15 principio? Curam nobis nostri natura mandavit, sed huic ubi nimium indulseris, vitium
— 16 est. Voluptatem natura necessariis rebus admiscuit, non ut illam peteremus, sed ut ea,
— 17 sine quibus non possumus vivere, gratiora nobis illius faceret accessio: suo veniat iure,
— 18 luxuria est. Ergo intransigentibus resistamus, quia facilius, ut dixi, non recipiuntur quam
— 19 exeunt.

4 — 20 „Aliquatenus” inquis „dolere, aliquatenus timere permitte.” Sed illud „aliquatenus”
— 21 longe producitur nec ubi vis accipit finem. Sapienti non sollicito custodire se tutum est, et
— 22 lacrimas suas et voluptates ubi volet sistet: nobis, quia non est regredi facile, optimum est
— 23 omnino non progredi.

5 — 24 Eleganter mihi videtur Panaetius respondisse adolescentulo cuidam quaerenti an
— 25 sapiens amaturus esset. „De sapiente” inquit „videbimus: mihi et tibi, qui adhuc a
— 26 sapiente longe absumus, non est committendum ut incidamus in rem commotam,
— 27 inpotentem, alteri emancipatam, vilem sibi. Sive enim nos respicit, humanitate eius
— 28 inritamur, sive contempsit, superbia accendimur. Aequae facilitas amoris quam difficultas
— 29 nocet: facilitate capimur, cum difficultate certamus. Itaque conscii nobis inbecillitatis
— 30 nostrae quiescamus; nec vino infirmum animum committamus nec formae nec adulationi
— 31 nec ullis rebus blande trahentibus.”

6 — 32 Quod Panaetius de amore quaerenti respondit, hoc ego de omnibus adfectibus dico:
— 33 quantum possumus nos a lubrico recedamus; in sicco quoque parum fortiter stamus.

—
—
—
Seneca, Epistulae ad Lucilium, 116, 1–6

Tekst 2

In zijn filosofische werk *Tusculanae Disputationes* gaat Cicero in op de indeling van de begeerten in soorten door de Griekse filosoof Epicurus.

1 — 1 Je weet denk ik wel hoe Epicurus de begeerten in soorten heeft onderscheiden op
— 2 een manier die misschien niet al te scherpzinnig is, maar toch wel nuttig. Hij zegt, dat ze
— 3 voor een deel natuurlijk en dwingend zijn, voor een deel natuurlijk en niet dwingend en
— 4 voor een deel noch natuurlijk noch dwingend.

2 — 5 De dwingende behoeften kunnen volgens hem worden bevredigd met bijna niets.
— 6 Want de rijkdom van de natuur staat ons ter beschikking. De tweede soort van behoeften,
— 7 meent hij, is niet moeilijk te bevredigen en evenmin is het moeilijk van de bevrediging
— 8 ervan af te zien. En wat betreft de derde soort meende hij dat die behoeften helemaal
— 9 uitgeroeid moeten worden, omdat ze volkomen overbodig zijn.

—
—
—
Cicero, Tusculanae Disputationes, V, 93 (Vertaling J. van der Linden)

Tekst 3

In de onderstaande tekst wordt een buitengewoon felle aanklacht uitgesproken aan het adres van Seneca.

1 — 1 Dat hij, de meest populaire auteur van zijn tijd en meester in de welsprekendheid,
— 2 een uitgebreide rechtvaardiging van een moedermoord schrijft, kan door de vingers
— 3 worden gezien als een van de harde noodzaken van zijn positie; maar wanneer de man
— 4 die dit alles heeft gedaan de toon aanslaat van een strenge moralist en een zoeker naar
— 5 compromisloze deugdzaamheid, wanneer hij vanuit zijn paleis eenvoud en een sobere
— 6 levenswandel preekt, wanneer hij alle kennis afwijst, die niet opbouwend is, dan wordt
— 7 de lezer vervuld van een fysieke weerzin en zoekt zijn heil bij iemand die ofwel zijn leven
— 8 in overeenstemming bracht met zijn leer, of, als hij zich onwaardig gedroeg, tenminste
— 9 niet de pretentie had een geestelijk leidsman te zijn.

—
— *H. J. Rose, Geschiedenis van de Latijnse literatuur, Londen, 1966, p. 359–360*

Tekst 4

1 — 1 We moeten ons lichaam opvoeden dat het ons niet meer vraagt dan het
— 2 allernoodzakelijkste, vooral op het gebied van voedsel, want het ziet er naar uit dat de
— 3 tijden op dit gebied zwaar zullen worden. Niet: zullen worden, ze zijn het al. En toch
— 4 vind ik dat wij het nog steeds wonderbaarlijk goed hebben. Maar men kan zich beter in
— 5 tijden van betrekkelijke overvloed opvoeden tot een zekere onthouding, vrijwillig, dan in
— 6 schaarse tijden, gedwongen. Wat men vrijwillig van zichzelf gedaan heeft gekregen staat
— 7 steviger gefundeerd en is blijvender, dan wat onder dwang tot stand is gekomen. [...] We
— 8 moeten zó onafhankelijk worden van materiële en uiterlijke dingen dat, onder wat voor
— 9 omstandigheden ook, de geest kan doorgaan zijn weg te gaan en zijn werk verder kan
— 10 doen.

—
— *Etty Hillesum, Het verstoorde leven, p. 101*

Let op: tekst 5 staat op de volgende pagina.

Tekst 5

Inleiding

De onderstaande tekst handelt over de vraag hoe iemand moet omgaan met *adfectus*.

Tekst

- 1 — 1 Nihil interest, quam magnus sit adfectus. Quantuscumque est, parere nescit,
— 2 consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal obtemperat, non ferum,
— 3 non domesticum et mite – natura enim illorum est surda suadenti – sic non sequuntur,
— 4 non audiunt adfectus, quantulicumque sunt. Tigres leonesque numquam feritatem
— 5 exuunt: aliquando summittunt et, cum minime expectaveris, exasperatur torvitas
— 6 mitigata. Numquam bona fide vitia mansuescunt.
- 2 — 7 Deinde, si ratio proficit, ne incipient quidem adfectus. Si invita ratione coeperint,
— 8 invita perseverabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere quam impetum regere.
— 9 Falsa est itaque ista mediocritas et inutilis et eodem loco habenda, quo si quis diceret
— 10 modice insaniendum, modice aegrotandum.

Seneca, *Epistulae ad Lucilium*, 85, 8-9

Aantekeningen

- regel 1 **quantuscumque** hoe klein ook
regel 3 **suadenti** *Vul aan rationi.*
regel 5 **exasperari** weer de kop opsteken
regel 6 **bona fide** écht
regel 9 **eodem loco habere quo si** net zo beschouwen als wanneer
regel 10 **insaniendum en aegrotandum** *Vul aan esse.*

Einde